

Ovid. *Corpus mortale tumultus. Non tulit arberoe, donisq; ingalibus arsi Sic ergo vel in Sacris. Exod. 33. 20. & Iadic. 13. 22. Verum si Deum nemo vidit unquam; quomodo præmisit: Habitat in nobis & vidimus gloriam eius, quasi Unigeniti a Patre: Invisibilis apparuit in forma hominis, ut esset visibilis. Exiit maiestatis, lucis inaccessibilis splendorem, & induit nubem humani generis carnem: ita ut ex nuditate constaret charitas, & ex charitate nuditas.*

Phillip. *17* *Exprimit vigilanter Doctor Genitum. Cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus & habitus inventus ut homo. Cur igitur non apparet Deus in forma Deitatis, in honorem assumptæ peregrinæ conditionis hominis: Quomodo ex amore exinanitione exponitur nudus, dum in terris videtur hominis habitus: Ut ab homine videatur, dum exiit. Mirabile mysterium! Id quod, fuit permansit, & quod non erat assumptum. Sors secunda & expectata erat in terris divina Verbi natura. Hæc in se hominibus invisibilis. Cupiebat videri, sed impossibile radijs. Quid ergo in vota ab amore sit: Verbum caro factum est. Ut videretur, induitur & exiit. In forma Dei venit, sed in illa non apparet. Forma hominis necessaria, ut videatur eius forma. Unde cum radios hominis formæ temperaret habitus; habitavit in nobis & vidimus gloriam eius, Exiit splendorem, induit carnem. Lucem qua amictus terreis oculis deposuit: nube corporis fulgorem compefcuit: illoque lumine temperante inaccessibile lumen, potuimus in terris natum respicere Solem.*

Joan. 1. *84* *Cor Christi sine maiestatis splendore nascitur in carne.*

Homerc. *Quisnam Deum volentem. Oculis videret, aut huc aut illuc euntem? Ita Homerus, 10. Odys. v. 573. Voluit ergo Deus videri, & uti Numen cognosci. Cum in forma Dei esset, nequibat, fieri habitumque hominis in votum, amoris excogitavit ingenium; quippequam pridem, qui Sol, non visus copia radiorum.*

16 *Nato Domino, multitudo celestis exercitus pastores replevit gaudio: præbentque signum, Salvatorem, scilicet pannis involutum, ac in stabulo positum. Mater induit, quem amor nudavis: ac inveniri, viderique invisibilem, certum; quoniam pannis corporis fasciæ erat Solis involvitur. Videre namque cupiebant, quem tot sæculis tabescentes expectaverant; dixeruntque adinvicem; Trans-*

mus usque Berlebeem, & videamus hoc verbum, quod factum est, & Dominus ostendit nobis. Intendunt. Non dicunt: Verbum, sed Verbum hoc: etiam dum signant Verbum, alterunt factum, & similiter Videndum: igitur si apparuit, illis Dominus ostendit. Nodus Gordius videtur facer Evangelicus textus. Nunc divinum aliud Verbum est, ut proferant Verbum hoc: Verbum divinum est genitum, sed non factum. Quomodo factum est Verbum? Si ut Deus in ipso lumine absconditur; unde invisibilis videtur. Brachium Domini cui revelatum est? Quo pacto mundo Dominus ostendit, quem non cognovit? Facilis difficultatum enodatio, dum Dei præsupponitur dilectio. Formam servi Verbum assumpsit, cum in forma Dei esset. Desiderabat cum hominibus, quas conceperat delicias; sed impediabat splendoris claritas: ostenditurque iam divinitatis ipsis hominibus Sol; quippe ex Virgine purissima Verbum caro factum est. Hinc non dicunt absolute Verbum, sed Verbum factum: equidem cum Verbum genitum esset hominibus invisibile; designant factum in carne, ut Verbum possit videri: Filij quippe Dei, totiusque maiestatis futura ostentatio in mundo; si habitus inventus ut homo. Nisi exeret divinitatis radios, humanos lateret oculos. Verbum genitum, in splendoribus Sanctorum; fulgoribus maiestatis involutum. Ex utero Virginis, visibile Verbum factum: & dum apparet nati Salvatoris lux; ut videant, dicunt pastores adinvicem Verbum hoc; quoniam per assumptam humanitatem, lumen divinitatis temperavit ad visionem. Dominus sic ostendit, & homo incognitum vidit; etenim claris conspexit divinæ maiestatis splendorem, dum filius Dei caro factus in illa abscondit splendorem maiestatis. Hæc de causa inventientes infantem, & videntes in stabulo, cognoverunt de verbo. Cognoverunt de Verbo a Patre genito, viso Verbo, caro factum. In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter: & cum viderent in carne Verbum hominem factum, cognoverunt ipsum Verbum a Patre genitum; quoniam per nubem candidam corporis, postucebant versus homines fulgores divinitatis. Elucet unde Christus amoris ostendit flammam, sibi copulans hominis pauperem, nudam cæcæque naturam; quæ misera & miserabilis, a principio primæ supplantationis; equidem ne pariret tantum opus, charitate allectus,

Luc. 24

Etiam in carne cognoscitur Verbum & filius Altissimi

Verst

pro nobis factus miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus; consiliatus signum ad sagittam, ut eius vulneribus nos adduceret ad gloriam: paulominus ab Angelis minoratus, ut ex utrisque constitueret choros. Prudentius in Symmach. v. 1075. gratulatur generi, ut respondeamus gratia.

— *Descendit, & edita limo viscera divinis virtutibus informat: lamque hominem adsumptum sumamus Deum in Deitatem*

Prudent *Transibit, ac nostro docuit recalescere cultu.*

Ovid, *In eandem imaginem transformamur, eius in terris revelata facie; ut potè iam lucis filij, ac felicitatis socij. Quid Christiculis, dum Ethnico dicere licuit, 6. Fast. v. 7. Fas mihi præcipue vultus vidisse Deorum.*

DIDASCALIA III.

Scrutinium amoris, rationis non scrutinium.

Q UÆ de Amore non dicta, ut eius & cordium exponatur flamma? Hinc & illine exploratur per effectus, nec valet dicere etiam animus percussus: patetque difficile distingui; ubi non potest dici vulnere voce: sermoque ipsis verbis manet elinguis; dum ille, ut fufius loquatur, — *Tormenti gaudet amanti.*

Unde faces ardent, veniunt a dote sagitta. Unde cum scrutinium amoris, rationis excludat ingenium scrutinium, propter adespotum voluntatis imperium; in obsequium captivatur intellectio, & deficientes deficient scrutantur. Notas amantium tam è factis, quam ex Ethnicis testimonijs decerpas, refert Pineda in Job. 3. 2. scet. 8. n. 2. scilicet, cum eo quem amas, ratione & iudicio velle contendere: amoris mutui signa desiderare: dilecti languentem amorem dicere: de amoris lege non violata gloriari: denique quòd firma spondeatur dilectio; essi nec factura redamatio. Videtis, sed late omnium affectio-nium pectorem Orthon, Vnium, tot, operes: sed brevi, dum totum opus cordis videtur morte. Ita ergo succint Emblem. 55.

Ni ratis optatum varijs tactato procellis Obvineat portum; tum perisse puta. Futilis est dururnus amor, ni in fine triumphet.

Oth. *Tom. VII. Tant*

Nam bene cepit opus, qui bene finit opus.

Factum sanè atque perfectum N. Salvatoris opus: equidem cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. Flammæ amoris illudulque dixerant; curque non ipsa in morte relinquunt. Altrius articulos Tertullian. de Prescript. advers. Hæretic. cap. 10. Ratio (inquit) in re, in tempore & modo. In re, ut quid sit: in tempore, ut quando: in modo, ut quousque. Res elucet, ut transeat ex hoc mundo: Tempus, quia venit hora eius: quousque, dilexit in finem: ut à principio amoris concepta flamma, in finetorum pectus flagraret Troia. Ardet in suos intensissime cori.

— *Totoque in pectore Troia est.*

Sic enim amanti Redemptoris nostri eminet opus, gratia & charitas. Opus (nec ait Bernard. in Florib.) sine exemplo, gratia sine merito, & charitas sine modo. Iuxta eiusmodi vulnera faucij pectoris, — *Solis referamus amores.*

2. *Diximus Tautolog. 1. D. 6. n. 4. Amorem pictum à Luca Contile, libri signati intendentem lectioni; ut aliquid faceret, ex his quæ sollicitus in excelsis dederet. Sapiens esse vult, si doctrinæ tradit cor. In quid ergo studijs peccus inclinat? In sapientiam? Arbitror in ignorantiam: scienti dilexit, & noluit intelligere, ut bene ageret: igitur in academia amoris, iudicij studium est amoris præiudicium. Sapien-tior in dilectione signatur, quisquis sapiens non videtur; quippequam ratio, quæ in amorem vehementissime movet voluntatem, est ad amandum nullam habere rationem. Ab Ovidio Epist. 21. v. 139. dicitur: Mentis inops. A Theocrit. Elyl. 1. v. 86. Consilij inops est. Sic quasi errante mente, qui cæco carpitur igne. Scit quid cupiat, non quid sapiat; ut per sapientissimam ignorantiam, demonstrat cunctis amoris scientiam: quapropter Soparon. Scim. de Assumption. Idemque invenitur apud Chrysolog. serm. 147. Amor (inquit) ignorat iudicium, ratione caret, modum nescit. Est modus in amore, nullum habere: ratio, illam penitus oblivisci; & iudicium, nihil, nisi amorem iudicare. Suffragatur Stoicus cogitationi. Amicè officia permittent (inquit, Epist. 3.) cum amaverint iudicant: & non amant, cum iudicaverint. Hæc quæ videtur in amore diminutio virtutis; est summa virtus amoris: etenim amando iudicat, quia iudicio amoris amat: non amat, si iudicaverit, quippe aliud in amore ultra amorem intel-*

Ioan. 15

Tertull Excellentie amoris Christi

Stratus, 2. Acbill. v. 181. Bernard

Ovid. 4. Met. Fab. 5.

Ibid.

Proprietates figuræ caritatis. Ovid. & Theocrit.

Sophrô.

Senec.

Aique in Christo novi amoris

ligeret: & non intelligeret in studio iudicij cordis estuans; modò ad amandum suaderet iudicium intellectiõnis. Nihil, nisi pulsum cordis audit:

Oth. Vzn. d.

Certamè inter eius rationem & volun- tatem.

Eccle. 17. Maluèd

Que eius studia in amoris studio?

Rav. Text. Epigr. 12.

Ioann. 13. 6.

Quisnam eius mo- dus scire di.

Verus amans sordis auribus esse solet. 3. Magnum profectò discrimen inter studia voluntatis & mentis. Mens vult scire: voluntas scire velle: hæc enim plus sibi sapit, quò minus intelligit; & non amat scire, quia scit amare. Intellectus intendit; ad officium amoris, rationem quæ- rere: voluntas, rationem amoris advertentem sepeire: equidem si haberet in dilectionem amoris causam, aut rationis legem; iniquam quòd excessu amaret propter amorem. Hoc est scire; scire diligere. Finis intellectus est quietere in re intellecta: voluntatis autem, in amore procedere ultra. Finis est mentis, sed nequaquam voluntatis: equidem sine spe redamacionis, nullum alium habet finem, præter dilectionem propter ipsam dilectionem. Hoc scitur amoris scientiã per studia: scilicet, nescire, charitatis scientiã. Sic dat Sapiens cor, ut sciat prudentiam atque doctrinam, erroreque & stultitiam: Singulariter Maluend. Dedit cor in luses, glorias, splendores, & cognitionem & intelligentiam. Unde ergo & quorsum signat gloriam, splendorem, & intelligentiã lucem, stultitiam & errorem? Hoc solummodò ad speciem: igitur quod devius mens videtur error; est vehemens pectoris amor: quod non amanti apparet stultitia; est dilectionis scientia: cognitio, intelligentia, novaque doctrina ex studio voluminis voluntatis; in gloriam, lucem & splendorem amoris. Ita ardet cor: in capite libri scriptum est: amorque exponitur legens in libro; quippe ad summum amorem opus studio. Hæc ars amandi.

Solicetis hominem studij limavit & artem. Sic enim amor pectora chara premit. 4. Licet primo intuitu Evangelicam cogitemus advertari; faveat, ni fallor, cogitationi. Sciens Iesus, cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. Sciens! Quo- modò scivit, si nescit? Hoc est amanti studium, in amoris excessum: igitur quæ cognita à sublimi intellectu; propter amoris flammam non cognita à voluntate: non enim in pectoribus pravis voluntas quibat cognoscere, quæ non poterat diligere: unde sciens, studio præterivit, quæ diligere non valuit. Ratio amorem signat discretione circumstantiarum sapientem: Sciens dilexit: maiorque in hoc articulo cessavit amoris Christi discretio; quoniam

ad dilectionem hominum non erat ratio. Proprium iudicium est quærentis erga dilectos obsequium; rationis, mentis & intellectiõnis relegare iudicium. Finis est scopus propositamque rationis, quò elucet splendor mentis: sciens cum dilexisset, dilexit: finisque dilectionis in Christi corde, præter finem amoris nullum habere. Hic est modus sciendi in amore; quippe scitur (ut ait Bernard. serm. 36. in Cantic. n. 3.) quo ordine, quo studio, quo fine. Ut quid ergo finis, studium & ordo immutantur nova cathedræ lectione? Dicit Paulus: Propter eminentem scientiam Iesu-Christi. Alij: Propter eminentem charitatem. Charitatem iure vocat scientiam; quippe Christus in amore insinuit novam scholam: & non solum in illa scientia fulget, sed etiam eminet; quoniam in amorem eius amor ratione caret, iudicium non cognoscit, & modum nescit. Ita Dominus sciens, & instructus in charitate, & in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei Patris, & Christi Iesu. Dum luget, sedetque charitas in animo, elucet etiam intellectus plenitudo; igitur amans magis de charitate intelligit, dum magis diligit: & non solum exponitur plenitudo intellectus in intellectu amoris, sed etiam divitias huius plenitudinis; quippe nihil pretiosius in amante, quam rationem contra amorem habere, & scienter propter flammam, ipsam subijcere amori.

5. Scrutemur articulum in agnitionem mysterij Dei Patris & Christi Iesu. Morti proximus, à discipulis recessit Patrem suppliciter oraturus. Incipit agnitionem, cogitans quam terribile carni imminere certamen; cuius apprehensio compressit usque ad sanguinis sudorem. Procidens ergo in faciem suam; Pater mi (dixit) si possibile est, transeat à me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. De huiusmodi articulo egi fusi. Tom. 3. T. 1. D. 1. à n. 2. ubi de præcepto moriendi, & morientis libertate. Si possibile: dicit. Possibile erat absolute: impossibile, ex suppositione absoluti decreti: & cum posset non pati; non pati, erat impossibile amori: etenim erga genus humanum præ amoris flamma; studet pectus etiam superare impossibilia. Possibile & impossibile, quod ita diligens eximeretur à morte: & possibile impossibile facit, ut in amoris fidem plus pati possit: igitur ita ab amore flammæ corde pungebatur; ut etiam plura quam possibile pateretur. Ut homo Patrem ro-

Bernard

Phil. 3. 8.

Et nova scholæ

Coloss. 2. 2.

Mith. 26. 19.

Ratio eius subiecta rationi amoris.

gat, quod calix passionis (quia possibile) transeat. Non sanè transit. Transire, erat impossibile: quod quidem eius amoris blandimen, cum desideraret mortem: dicique, non pati, eius amoris impossibile; quia pallurus plus quam ab homine posset pati. In argumentum. Possibile erat, quod transiret calix amarissimæ passionis. Impossibile, respectu voluntatis Patris celestis; qui sic mundum dilexit, ut filium suum primogenitum daret. Quid filius scilicet? Non sicut ego volo, sed sicut tu. Filius est ratio Patris: in voluntate Patris stemma fulgebat amoris; quia dum in mundum Sapientiam divinam misit, sic dilexit: filiusque fieri cupit non quòd ratio, sed quòd decrevit Patris æterni dilectio; ut iuxta decreti tenorem, singularis amoris exprimeret summitatem: igitur eminentis amoris erat insigne, quòd ipsa ratio & divina subijceretur amori. In expressione dilectionis Patris, filij fastidium demonstratur dilectionis; quia non fit quod ille vult, & quod vult, à Patre sit. Subscribit ratio voluntatis decreto: amorque filij floret in hoc iudicio; quippe fit quod amor iudicat, non quod ratio representat: equidem erga amorem plus recitat cor amanti, ex voluntaria subiectione rationis. Ad dicta Tom. 1. T. 3. D. 4. à n. 4.

Ibid.

Imago amoris.

Ubi summa dilectionis non queritur ratio.

nem: & debet amare cor; haudquaquam quia intelligit, sed quia diligere vult: amor siquidem non est filius rationis, sed voluntatis. Qui habet secum Mercurium in affectum moventem; amandæ ut summæ diligit rationis imaginem: etenim cum illa vult tantum quod cognoscit; & amor vult, sed diligendo, se diligere nescit.

7. Post corporis glorificationem, foverenti Petro etiam in amore flagrantis pectoris fidem; dixit Iesus: Simon Ioannis, diligis me? Quid ille: Domine, tu omnia nosti: tu scis, quia amo te. In dilecti intelligentiam, deducit suæ dilectionis notitiam: ipse amat: ergo ipse cognoscit. Si ipse cognosceret, non excessivè diligeret: scientiæque dilecti crediti oppositè cor; ut clareat in amore, quod plus his. Amor Petri ingeniosus est, dum cognitione privatur, ut plus diligendo ametur: etenim quicquid dedit se menti, derogaret voluntati: amorisque deficeret magnitudo, si in cogitatione amoris interderet cogitatio. Vernaculè: En las leyes del Amor, no se llega à discurrir. Ingeniosus amor est. Scit & nescit: Uti que. Etiam Domine, tu scis. Scit & nescit animus, ut amoris extinji pateat excessus. Erga amorem in Christum cordi obijciebatur ratio, quoniam ex iure dilectio. Si dilixit amando, quod amari sciet; rationem in amorem delicaret: at cum amor sapiens sit, si quod scit in amore, ignorat cor; ut demonstraret amplioris dilectionis scientiam, ipsius amoris amando dicit cordis ignorantiam. Tu scis, quia amo te. Petrus Christum

Ioann. 21. 17.

V. 151

Ibidi

Insigni extinji amoris, de se nescit.

amare, non ignorabat; sed noluit in amore ostendere quod sciebat; ut amorem amaret, verum amare nesciret: equidem in amoris schola (qua docetur eius sublimior scientia) cor Petri nesciens sciret amare: cum intellectu, amaret scire: Christum, quod dicit, eius scire amorem, quum amorem ipse fateretur excellentem; quoniam si diligere ratione, est amanti scopus; amare sine ratione, erit amoris excessus. Tu nescis, & plus à me. Amo quidem, sed tu scis; ut ex cogitatione tua, atque nescientia mea, niteat splendens dilectionis flamma. Te cognoscere amore dignum, & præstare dilectionis obsequium; quia cum ratione, erat scire amare, sed non amare: etenim ad amandum cognitione potiebar & non amore. Ex cogitatione veritatis, simique ad illam nescientiam mentis; celsitas resultat eminentis amoris. Unde cordis mei si audiat vox; an celsi amoris, tu scis: & quia scis & ego

vel amans nescio; præstat dilectionis magnitudo: quandoquidem maximi amoris insigne, totum amorem habere, & nihil de amore scire.

Ubi sup

8 De Christo Iesu dicitur, *Sciens quia venit hora eius*; ut quos illudisque dilexerat, dilexisset: minimè dicitur, amavisse vel amare. Amare & scire; erat dilectio, quam regebat ratio. Sine ratione, quia volebat, velle; quippe ad amorem ratio solum amare: ideoque homines Iesus dilexit, quia ipse voluit. Haud ratione, eius ducta voluntas, ut tanti amoris ostenderetur maiestas. Sciens amabat; ex cuius scientia sine cognitione amor cordis excelebat: & ex cognitione erat amoris studium; quia sciebat nullam rationem posse inveniri ad amandum. Amorem sciebat, sed meritum ignorabat. Opus erat amore amare & propter amorem, in novi amoris nec vitam auditoritatem. Ducebat enim in amorem amor; eius amoris splendor: etenim quin ratio aut causa ad illum interveniret; in dilectionis articulo cum dilexisset, dilexit. Non utique habuit iudicium rationis in amore; sed amor tantum habuit rationem iudicij. Ratio est pulsus, quo cognoscitur febris cordis amantis. Si comes amoris iudicium, exigua febris. Ut acutam, ex incendio pectoris, Christus offenderet; caput in pectus meditanter inclinavit: etenim si caput sedes iudicij, atque pectus amoris, contracta febris erat rationis pretiosissimum obsequium, cordi in pectore æstuantem totum cedere iudicium. Si ratio amorem dirigit, cæca voluntas non cæcutit: magnique æstimat ingenuitatem cæcitatem; quia obscuratur, modò habuerit illuminantem rationem: igitur iudicio amoris avidè sollicitat bonum, & non rationis iudicium. Christus dilexit, quin rationem in amorem invenisset: nec causam, nec congruentiam, nec meritum, nec bonum, nec rationem boni, nec colorem, saltem ad speciem ex æstuantem voluntati. *Dilexit eum dilexisset*: non aliquid extrà, ut cordis illicium, movit: igitur in hac schola tracto pectore in examen dumtaxat scitur amare propter amorem.

Excessi- ve Chris- tus ama- vit, et quid ad amorem nullam rationem invenit.

Ioann. 19. 30.

Quomodo voluntas ad amorem cæcè videtur?

Imago Cupidinis.

Alciat. Emblem. 213.

9 Ad amorem modò desecere videtur origo; si non invenitur bonum, quod voluntatis obiectum. Si nihil videtur in voluntatis deliciis, unde ad amorem voluntas: Picus Amor cæcus, & tænià constringens oculos. *Si cæcus vitamque gerit, quid tænià cæco Utilis est? Ideo num minus ille videt.* Amor cum sit; additur tænià, ut qui cæ-

cus nihil videat. Quid ergo visurus, si supponitur cæcus? Cæcè videt, & tunc maius amoris summi iudicium; quippe quam iudicio caret. Causa huius lucidæ cæcitatibus fubest. Voluntas ex se cæca est: bonum videt per rationem; à qua propter discretionem accipit lumen. Cum tænià bonum non videt, quod ratio illuminando proponit: tuncque magis amat, cum minus illa videt. Recessit ratio, oculus voluntatis, in directionem amoris: cæca tamen alios oculos habet, lumen splendendum; nimirum, amabile & optabile bonum: tuncque lumen cæcæ creticit; quippe ad amorem nihil amabile videt. Quid in non suis Salvatoris pectus fidei aspexit, ut sic diligere? Vidit fugam: & tamquam in suos accendit pectoris flammam? Vidit discipuli proditoris studium. *Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum.* Præcognovit, & nihilominus diligit. Ratio proponebat voluntati, uti perduellem, indignissimum amore: voluntas rationis eliminavit iudicium: in non bono, bonitatis cæcè videbat obiectum; ut magis amor excederet: quandoquidem excelsus amoris fulget; quàm videtur à voluntate dilectus, qui esse debet ratione & odiosus & invisus. Diligit enim detestabilem, quem sciebat proditorem; propter nimiam charitatem: nimiam sanè; igitur in amorem. Illiciebat, idem ipsum quod devibat.

10 *In charitate perpetua dilexi te: ideo atraxi, te miserans:* dicebat Dominus Synagogæ averfatrici. Hebr. *Amore æterni amavi te, super sic traxi te benignitate.* Singularis sanè charitas, & amoris sublimitas! Misericordia supponit miseriam cordis per crimens; sicut tractus averfionem. Si offensa detestationem involvit, quomodo execrabilem diligit? Si crimen absentiam construit, ut quid querit, & inventam ad cor trahit? Ut excellentia explicetur divini amoris, demonstratio singulari charitatis. Vidit obsequium, quod conciliabat odium: igitur tanta amoris flamma, ne periret averfatrix Synagogas ut ad illam veniret amore, dum illa amantem conabatur avertere. Qui verè diligit, ingratitude non movetur: dedecore non irascitur; imò frigore cordis magis incenditur: in cuius fidem, vel offensum Numen fugientem conatur trahere; per quod debebat discedere. Non solum diligit, sed renuentem venire mira charitate trahit. Sic illam amavit cor, atque traxit super sic. Sic amavit, ut in obsequio demonstraret affectum, cum eius averfio postulare

Amor summus, si dilectus, qui amore in dignus.

Ephes. 2. 4.

Jerem. 31. 5.

Quanta Christi amoris flamma, ad trahenda cora dal

laret fastidium: & etiam excessivè super sic; quippe ita summi amoris erat lex: si quidem voluntas decrevit amore trahere; ubi iudicium rationis, tamquam ius, decrevit fugere. Amor verus, quo extinguitur, ardet: læsus de dolore non dolet. Synagoga desperabat placibilem ita læsum: propter hoc dedit Dominus amoris signum. Illa fugit: quippe fugit, ideo atraxit: igitur ut eius esse charitatem cognoscatur; in peccatricem trahitur, per quod avertitur.

Facta merent odium: pectus exorat amorem: Hæc amor, hæc odium: utique vincet amor.

Ovid. 3. Amor. Eleg. 10 à v. 35.

Hebr. 26.

Genes. 3. 9.

Hominem fugientem apprehendit, ut ad se traxit.

Iuvenal. d. v. 138.

Cland. de Nap. Od. 1. v. 26.

Proditorem sciebat, et amabat.

11 *Constat unde erga nos & erga nostra, Christi charitas perpetua. Nusquam enim Angelos apprehendit; sed semen Abrahæ apprehendit:* dixit Paulus. Uterque, homo & Angelus, defectit à fide, ac recessit à Deitatis amore. Fugit Angelus, quem dereliquit in fuga, estò tendentem in tartara. Desertorem deseruit: at sequitur hominem, quamvis fugere decreverat propter crimen. *Ubi es?* Læsus dehonorerent inquit, dum fugiens sese tremulus abscondit: In reconciliationem singulari gratia erga hominem demonstratur. Fugientem sequitur; ut illum apprehendat, qui conditionem Anglicam in perditionem reliquerat: igitur ob exitium & eminentem amorem, ita cucurrit; ut apprehenderet fugientem. Angelus si semel friget, — *Nec lampada fervet.*

Homo fugit, sed dolere valet: quod quidem gratia Conditoris miserentis, in commendationem ingenitæ charitatis; qua sibi unire cupiebat, dum vel odiose amabat: etenim currentem in fuga cum apprehendisset; non solum charitate dilexit; sed ad se traxit.

Quis belluarum corde furentior, Qui cum miscantem te prope viderit Non optet ultrò servitium patit? Quis non catenas arripit libens, Colloque poscat vincula libero?

12 Iudas quidem, qui totus intendebat in Magistri prodicionem: verum aquæ multæ non poterunt extingere charitatem: equidem etiam supplantatorem dilexit, cum dilexisset. Pectus perfidum sciebat, sed amabat. In Iuda vergebat furor, in pectore æstuantem Salvatoris amor. In illo concatenatæ iniuriæ, in Christo verò congeminatæ gratiæ. Illius pectus ferreum, huius (quia ferreum) iu molliem magis gratum, ut trahere ad se contenderet; sed non

potuit. Iudas persistebat in perfidia; sed Christi cor perseverabat in flamma. Sciebat quis esset: Sciebat: & amabat? Uterque: totum incendium procedebat ab amore, exhibente charitatis officium; cum sciret in eum proditoris odium. At cum ille periret, & eius perditionis diligentem pœniteret; pœnæ ex crimine dolorosè miserantem, etiam impellebat in peccatoris amorem. Ingeniosus amor est. Sicine intelligitur difficile testimonium. *Videns Deus (dicitur) quodd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum; ne prævaleret in crimine, delere decrevit hominem à facie terræ.* Ita factum in supplicium & exemplum, Efferebuit Numinis ira, clade ingestâ, & torius generis culpa vorticibus suffocata: tuncque tanti criminis vindex: *Sensus enim (inquit) & cogitatio humani cordis in malum prona sunt: ab adolescentia sua. Non igitur ultra pervertiam.* Quid igitur hoc? *Quis sapiens & intelligit hæc, ut in contrarietate seruetur misericordias Domini?* Quia cogitatio hominis intenta ad malum hominem, quem dilexerat, destruxit per carcalysmum: quare igitur parcere homini promittit; quia eius cogitatio cordis semper in malum intendit? Exponitur duplex iudicium in causis hominum: iustitiæ scilicet & clementiæ: iudicium rationis & iudicium charitatis, ut ostenderet quam exitimè diligeret homines: & modò illos amat, ea ratione qua pridem ex meritis oderat; ut traheret visâ amoris vehementiâ, illorum fugaciam corda: igitur eius amor ita crevit, quandiu vel pravos diligeret; ut studio singulari, ex ipsis malis, incendium ingens excitaretur amoris. Vividius dialecto nostrâ: *Para que se viesse en el oro de su amor los qui-lates; hizo razon para amar de las mismas sinrazones.* Trahantur hominum corda per insperata beneficia solâ gratia; quæ studio amoris, sunt vincula charitatis. A Numine crimina, quæ puniuntur, indulgentur. Puniantur rationis iudicio: indulgentur charitatis obsequio; ut trahantur corda peccantium, sub amoris suave iugum: etenim amori cedent, cum confusi viderint; quod propter amoris summirantem essent in gratiam accepti, qui debebant esse crimine ad supplicium destinati.

13 Cum Gratijs & Anterote Prisci collocarunt Cupidinem. Ita apud Chartar. d. pag. 325. & 354. Per Anterotem signabatur redamatio, sine qua statim ingratitude: *Gratiæ que utriusque iugum* com-

Genes. 6. 5.

Cap. 8. 21.

Malis dicitur in amorem, ut amor ex pelias malum;

Imago Amoris.

mities, ut amor sit in delicijs: igitur modò in dilecto non sit redamationis integritas; vel flagrans Amor non inclinatur ad gratias. Innotescit imago profani Amoris: non ita Numinis. Plaut. in *Pœnol.* Act. 1. scen. 2. v. 115.

Plaut. *Amatorem lucrum amare non decet.* Nec amari, ut gratias conferat: equidem pretiosius fulget in pectore, absque ulla redamatione. Est lapis Lydius in eius gratioso obsequio, cordium pertinax ingratitudo: quandoquidem quum magis læditur, amplius in gratias diffunditur.

Terent. *Quanto nitius spei, tanto magis amo.* Dicebat quidam apud Terentium in *Heautont.* Act. 5. scen. 1. v. 13. Hic verus amor sine reciprocatione spei, & pronus gratiæ. Est in se, & sui & sibi: igitur si modus redamatio, ut sublimior sit amor, prius modus. Aptè apud Ovven. lib. 4. *Epigram.* 168.

Ovven. *Iam scio quid sit amor: amo, quamvis non amer, imò Iam scio quid sit Amo: at nescio quid sit amor.*

Amor Christi elucet cum Gratij sine Anterote: equidem cum nesciret in modum amoris modum; intensius studuit gratijs, cum dilectus invenit ingratos. Ita dum vidit homines servos; dicitur a Psalmista: *Pro nihilo salvos facies illos.* Quid in illis ut salvaret, non invenit. Salvos gratia fecit, quia amare voluit. Totum in illis indignum: sed Christus amoris reiecit modum: equidem cum nihil in amorem illorum invenisset; propter amorem, cum dilexisset, dilexit. Ingratitudinem transijt.

Psal. 55. *Ut diligere res nihil amare dignum invenit.* — *Haber geminas, quibus evolet, alas: Difficile est illis imposuisse modum.*

Ovid. 22. *Ar. v. 4.* 14. Finis amoris est amor: amittet æstimabiliorem honorem; modò habuerit alium suum. *Is per se sufficit* (inquit Bernard. serm. 83. in *Cantic.* n. 4.) *Is per se placet & propter se. Ipse meritum, ipse premium sibi est amor: præter se non requirit causam, non fructum; fructus eius usus eius. Amo, quia amo; amo ut amem. Magna res est amor; si tamen ad suum recurrat principium: si sua origini redditus, si refusus suo fonti, semper ex eo sumat unde ingiter suat. Suspectus est mihi amor; cui aliud quid adipiscendi spes suffragari videtur. Infirmus est, qui forte spe subtrahit, extinguatur, aut minuitur. Impurus est, qui aliud cupit. Purus amor de spe vires non sumit, nec tamen dissidentia damna sensit. Quidni ametur amor? Diverso intuitu amatur in*

Bernard. *Amor ve rus & eius conditiones.*

mundo, unde debilitatur vel roboratur dilectio. Magdalena dilexit, sed quia cognoovit. Dilexit Sponsæ cor, quia ei dilectus locutus est. Dilexit Petrus; ubi Iesus videtur, ceterum illo absentis, etiam nescit quid dicatur. Dilexit malum Eva appetitū delictis, licet depictum coloribus dæmonis. Isaac floruit erga indignum affectiva dilectio; quia deserviebat palato; sic alij. Eiusmodi fines nequaquam finis sublimioris amoris; cuius amare finis: ut hyperbolicè succinit Ovidius, d. v. 52.

De quamvis nolim, cogar amare tamen. Aliter verò, ingens pectoris flamma, flamma frigida; quippe quilibet finis extra finem amoris, est deliquium voluntatis, affectionis vulnus, pulchritudinis eius detormis nevus, cordiolium pectoris, & totius splendoris obscura eclipsis. Amor in amorem & propter amorem est stabilis. Non variatur: cum illum nihil moveat, non movetur. Non habet causam, nec fructum: spei nec cognoscit aspectum: quandoquidem maior sit: cum nec cognoscit spem.

15. Dixi supra num. 5. de instantia N. Salvatoris, ut à se tranfiret amaritudo calicis. Si possibile esset, quòd possibile fieret. Unde meditanter dicit Patri: *calix iste.* Quid iste calix? Deererem sanæ de subeunda passione; in cuius articulo ob præclarum amorem, utriusque voluntatis nihil innotuit discrimen. Amor Christi bibere volebat, estò plenum acerbitate poculum; modò habere ex amaritudine fructum: hoc est, quod totum genus salvaretur humanum. Amor Paris, propter excellentiam amoris Salvatoris, quòd effuso sanguine pro cunctis, calicem biberet; sed pro cunctis non prodesset: equidem cum reprobi nequaquam dilectioni responsuri; calicis amaritudo erat amor dulcedo: equidem nobilissimum stemma charitatis, quòd amaret ematenter sine spe redamationis. Hic est calix, & vult Pater quòd non transeat calix iste: etenim intentà charitatis fummitate, possibile non est, quamvis possibile sit; quoniam extremum amoris, ingratos amare, & amare sine spe. Amat, quia amar: amat ut amet. Ipse sibi meritum & premium fit: per se utique amor placet, quippe gratis propter se: & istius calicis amara exhaustiendâ potio (quin effusi sanguinis in reprobis ulla inellet gratitudo) quoniam summus amor alium non respicit finem, nisi dumtaxat amare propter amorem. Spes conciliandi avertit cœrda, est

Arde flamma pectoris sine spe redamationis.

modus quo accenditur in pectore amoris flamma. Amat Christus novo modo, dum calix iste hauritur Patris decreto: equidem desperatà conversione reproborum, sine modo amavit cor; cum indignos diligeret citra spem. *Lege dicta, Tom. 4. T. 8. D. 2. à num. 12.*

16. Amor, ut ingens sit, sibi que præmium & meritum; nec habet causam, nec fructum: igitur uterque vel est scopulus. quo navis amoris alliditur; vel pelagus quo naufragans suffocatur. Non causam, quia spem repellere debet: non fructum, quia præter se fruitionem non habet: si quidem verus amor, dumtaxat amoris usus, & nihil amplius. *Aperi mibi soror mea, amica mea:* Dilectus clamabat Sponsa. Quali non audisset, ostium pulsavit. Sponsa aperire se voluit, ubi dilectum pulsare permisit: igitur Sponsa, quæ dilecti esse cupit amica; ad vocem Sponsæ habeat semper ostia pœrvia: friger in inspirationibus internis Sponsæ pectus, si post vocem Sponsæ expectat pulsantis ictus. Cognovit, aperire differt, pœnitet: at cum aperire sollicitat; dilectus declinaverat, atque transierat. Haud tristitur animæ, quæ ex gratiæ externæ retractione, quasi in absentia dilecti, lamentantur de relictis: etenim Sponsa declinare solet; sed non transit: in probationem utique virtutis, tunc sedet in medio cordis: minimeque, est in visus, labitur; quia Deus in medio eius non commovebitur. Perferetum articulum. Amore ductus Sponsus vocat, & pulsat. Quorsum ergo vocat, si declinat? Cur ad ostium pulsavit, si recedit? In expressionem singularis amoris, ex vehementia æstuantis pectoris. Pulsare, erat explicatio cordis amantis: non discedere vocans, fructus amoris. Vocare erat proferrè pectoris ignem; non declinare pulsans, expectare in obsequijs redamationem: utrumque enim Sponsus cogitat, quum excellenter amat; ut Sponsa amoris excellentiam cognoscat: igitur patet cordis diligentis vis; si diligit in amore sine gaudio & sine spe. Ni declinaret, perfectis officijs egregiè amantis; esset in amore alius usus præter usum amoris. Haud quia amabat, amaret: haud diligeret, ut diligeret: simulque Sponsam meditatò vocat & recedit; pulsat & dilectam fugit; quippe eius amor in amoris momentum, nec habet causam, nec fructum. Amorem amor in amorem dirigit: equidem abs ullo intuitu *cum dilexisset dilexit.* Procederem ultra, ni plus

Cantic. 5. v. 4. *Amor ve rus, dum taxat amoris usus.*

Verf. 6. *Vera Christi sponsa aperiat, simul ac sponsus pulsata.*

Qui tunc magis præsent, dum videtur absenti.

Ovid.

Non habet causam, nec fructum.

Marth. 26. v. 29.

Arde flamma pectoris sine spe redamationis.

iusto traheretur in fastidium Didascalie.

17. Vifus Christi amor admirabili ratione, & ultra rationem; cui triumphum dedit certamen. Vifus singulari iudicio contra iudicium, & novo modo adversus amoris modum: non solum homines amore fovit, sed insigniter dilexit: igitur vel patet ingrato, quo studio, quo ordine, & quo fine. Quid etiam, quando & quousque: constat enim ex articulo, quanti illi steterit homo. *Grande vulnus est amori, non sentire amoris vulnus:* inquit Novarin. in *Umbra Virgin.* excurs. 28. n. 307. Respice in faciem Christi tui, ut compungaris corde: sentiasque dolore vulnus, eò quòd te propter tot vulnera passus. Unde tantum sequi prohibemur amorem? Obest profectò crimen. Diluatur vi lachrymarum. Habes sane in solamen pectus apertum. Respice in faciem Christi tui. Ibi charitatem oculis vis considerabis, & præ nimia pietate retributionem peccatorum videbis. Ibi scies,

Novarin. *Amor Christi provocat in eius amorem.*

Que res Nec modum habet, neque consilium: ratione modoque tractari non vult.

Muret.

DIDASCALIA IV.

Eucharistia Sacramentum venerandum, non discutendum.

SI amoris, ut vidimus *Didasc.* præced. nemo penetrat scrutari Sacramentum; inaniter audebit in Sacramento, ubi latet & fulget Amor amoris: etenim eius ingenium, quia summi amoris, non comprehenditur ingenio: & deficient oppressi scrutantes scrutantibus quoniam non intelligitur ingenij scrutatione, sed tantum fide.

Eucharistia sacramentum, amoris.

Aspice per speculum fulgentis luminis umbras.

Si queris causas, errans desiste moveri. Causa enim fidei rationis imagine maior. Accinit Tertullian. 4. *Advers. Marcion.* à v. 63. Inrelligitur, dum creditur: igitur absente fide, est in sublime extollantur subiles cogitationes; decident scrutatores à cogitationibus suis: quò magis elevatur in penitiorum cognitionem cogitatio, erunt cogitationes sine intellectu; quippe sine intellectu intelligitur, cum sublimius

Psal. 63. 7.

Tertull.

Ab homine intelligitur, si intellectus captivatur.

mius intelligat, si captivetur. His mysticis tenebris cogitationis Sacramenti datur lux; & in omnem altitudinem, extollentem se adversus scientiam Dei. Non enim arcanum amoris cognoscendum in fide; sed adhibenda fides in mysterij cognitionem: qua de causa ad cœnam magnam vocantur cœci, non surdi: etenim qui videre volunt, cœcutiunt. Pervia ad fidem autem, carent visione: quoniam si videretur auribus apertis, & clausis oculis; ratione nesciunt, lumine obtenebrantur, penis torpent, & apertis oculis, nihil vident. Si intelligentia humana posset arcanum cognoscere; quid enim haberet magni. Ex Prudentio 2. in Symmach. v. 164.

Luc. 14. 24.

Prudent

Fides in intelligentiam necessaria, & ad rationis scientiam.

Bernard

Marth. 26. 16.

Imago Mose, & Aaron.

Ut si in intellectu, sub silentio iaceat ratio.

Quippe minor natura aciem si intendere tentes

Acrius, ac penetrare Dei secreta supremis. Quis dubitet victo fragilem lassessere viam, Vique fatigata mentis sub pectore parvo

Turbati, invalidisque bebentem succumbere curis?

Sed facilis fidei via est.

3 Contra hostes anime exponitur & coram oculis apparatus sacre mentis; ut ait David: Parasiti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. Nec dæmon fallit, nec mundus floret, nec caro pungit, dum huic mentis homo invitatus accedit. Ibi uti in throno Agnus castus, quo redditur mundi pectus: etenim qui nutritus sacro huiusmodi alimento; non timebit quid faciat illi caro: iudicium enim sit mundi ob eius insanias falsas; & etiam princeps eicitur foras. Eremit mundus, premit corpus, insidiatur diabolus (inquit Bernard. ferm. 61. in Cantic. n. 3.) non cado. Nec cadet, qui de mensa preparata comedit; siquidem adversum vulnera sagittarum hostium, non solum est antidotus, sed alexipharmacum. Vide Tautolog. 8. D. 5. Ergo in nostrum institutum. Insignis delicias novis, cœlestibus preparatur Eucharistia mensa; in qua præ cæteris præclara exponitur gratia: nimirum in potu, ubi deliciarum plentudo. Calix inebrians, quam præclarus! Claritas poculi ex ebrietate? Utique. Mensa & calix est altaris sacramentum: subdit Genebrard. Inebriatio est privato usus rationis: siquæ indicitur conditio huiusmodi calicis; quoniam ut degustetur præclaræ facer panis intellectus, sepeliri oportet curiosæ rationis usus. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Si amici vultis comedere, replerini ab huius mensæ ubertate: bibite pleni, ut sitis charissimi: id est usque ad ebrietatem; quippe ad intellectus cognitionem (quæ sine luce intellectus, ut calix fulgeat præclarus) ratio plurimum habebit lucis; si mensæ confors reletur usum rationis. Mens deficit (inquit Cyprian. ferm. de Cœna Domini.) eum suscipi à Eucharistia erigitur. Professio exule intellectione cognoscitur: etenim in statera Eucharistia, ratio magis elevatur, quò in sacramenti fidem magis opprimitur. Quæ supra nos, nihil ad nos. Fides tantum lumen est; quoniam ex eius tenebris amplior intellectus ad intellectiorem lux: Errabit mens sine fide; & delinquentius errabit, si

Prudent d.

Psal. 27. 5.

Sacramentum Eucharistia adversus hostes anime.

Ibid.

Genebr.

Cant. 5. 1.

Quo ad illud magis ebria, ratio ampliore perspicacia.

Cyprian

An.

Orth. Vzn. Embi. 3. Pincel.

Audit; quod ratio, quodque Minerva monet.

4 Apposite de Sole dicitur, apud Pincell. Mund. symbol. lib. 1. n. 52. Illuminat, & eliminat. In hocne sacramento Sol iustitiam verè illuminat, & eliminat; ut ratio mysteria simul cognoscat & nesciat. Eliminat in intelligentiam, naturalem rationem; & per fidem illuminat cœcutientem. Illuminat oculos cœcutientium: eliminat curiositatem scrutantium: equidem cum uti Sol sublimiorem habeat splendorem; rationis naturalis exinguit lumine lumen. Panis sicine dicitur intellectus; nequaquam intellectiōis: intellectio, usus intellectus cognoscitur: & non intellectiōis, sed intellectus, panis Eucharistia dicitur; quoniam excluditur usus, eò quod non fat in eius intelligentiam naturalis intellectus. Cor stultorum intelligit scientiam. Verum sanè ad intelligendam Eucharistiam: igitur qui suo sensu & cognitione abundat, hanc scientiam non intelligit: stultique arcana scientiæ cognoscuntur datur illis intellectiōis usus eò quod nulla fides sensibus. Dicit idem Evangelicus Vates: Erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati. Perproprie. Est visio sine visione, visione fidei. Sunt verba vitæ, sine ulla verborum expressione, ut verba libri signati; quippe multa, magna ac mirabilia, tamquam in signato volumine contineri creduntur, licet ab hominibus sine fide non legantur. Visio & verba libri signati. Quomodo occultum oculis patebit visum? Fides etenim quæ per illam in libro rationi humanæ occultantur, in veritatem mysterij certiora, quam quæ videntur. Hæc est fidei gloria, quod sit fides contra visa.

Ecclis. 1. Intellectus sine usus sine sensibus.

Isai. 2. 6.

Cap. 29. 12.

Cur confertur literis libri signati.

Numer. 4. 15.

In sacramentum rationis studium, venerationis obsequia.

An.

gnitudine, quod in fidem obijcitur naturali rationi: quandoquidem libenter ut portet, super se suscipit; quod non vider, nec intelligit. Panis hic, rationis onus, ut ait Mauburn. in Roset. titul. 6. cap. 10. Tenebras illuminat, frigiditatem inflamat, sterilitatem fecundat. Ratio naturalis, per se ad Eucharistia cognitionem sterilis, frigida ad flammam Solis cœca respectu tam immensæ claritatis, quia credit sensibus: sensumque habebit, in sacramenti mirabilis discretionem modò remota à sensibus sequatur fidem: qua quidem intellectus fecundatur sterilitas, frigiditas inflammatur, & illuminatur excitata: etenim non respicit quæ videt, sed videt solum, intelligendo quod audit.

Maub.

Isai. 2. 9.

D. Theo. mas.

Quomodo in illo sensum verè etiam studium & fructus suscipiunt.

6 Huc reducantur fidei studia, quia difficilis scientia. Quem docetis scientiam? & quem intelligere faciet auditum? dicit Vates Evangelicus. Intellectus & auditus sociantur, in huius scientiæ inauditum studium. Per auditum ingreditur fides: per intellectum assensus voluntatis. Ubi intellectus audit, auditus intelligit: dicitur quæ contra visa, vera scientia, quæ in Eucharistia docetur schola; quia intellectus pluris facit, quod dicit auditus, quam quod sociati dicunt cæteri sensus. Intelligitur modò Angelicus Doctor, Opusc. 57. afferens: Accidentia sine subiecto in eodem subsistent, ut fides locum habeat; & sensus à deceptione reddantur immunes, qui de accidentibus iudicant sibi notis. Per accidentia cognoscitur, in qua subsistent, substantia: siquæ profectò locum habet; quia ratio per fidem credit, nullam in sacramento Augusto esse substantiam, quam substantiæ demonstrant accidentia. Non apparentium, fidei est testimonium; & nobilium, si desumitur ex argumento apparentium. At si de accidentibus iudicant sibi notis, quod ibi sensus à deceptione reddantur immunes; perdifficile videtur: igitur ab illis de non esse in ipso esse iudicatur; & quodlibet asserere in huius veritatis argumentam; non videtur rationi verum iudicium. Si verum iudicium est; ibi accidentium substantia, quam indicant accidentia. Si falsum iudicium (quia ibi accidentia sed alia substantia, in prodigium sacramenti) unde sensus immunes à deceptione? ibi: per fidem ratio cognoscit sensus falli posse, verum in sacramento non falli; ut fides locum habeat, & sensuum testimonio plus emineat: igitur in pane & vino alia creditur substantia; ubi sine deceptione sensus

Tom. VII. Taut.

Ooo

fibus

fibus patent. vini & panis accidentia. Majora utique in fidei argumentum, quodd sensus non decipiantur; ut rutillet fides, atque victoria rationis: sensum sine deceptione firmitas, atque sacramenti veritas; in fidei obsequium, & mysterium fidei: etenim maius non apparentium miraculum, contradictione apparentium. Deciperentur nã (quia non intelligunt, nisi de accidentibus, sibi notis, & minime sub accidentibus contentis) ni interesset auditus, qui intelligit de contentis sub accidentibus: & contra quæ præ se ferunt accidentia, à ratione creditur alia substantia; quippequam firmiter credit, quod auditum tantum intelligere facit. Quousque institutum huiusmodi fidei arcanum; erga obiecta propria non erat deceptio sensuum: nec sub accidentibus erat alia substantia præterquam sensibiliba designabant accidentia. Necdum data scientia singularis, qua rationi ex auditu concederetur facultas & usus intellectiois: & qui de accidentibus sensus iudicant sibi notis, à deceptione in Eucharistia redduntur immunes; quippequam non falluntur auditus intellectioe, eò quod de substantia accidentium demonstraretur posse falli. Lumina deficient copia lucis: caligant radijs. Paulatim inscitur tenebris lux candida: certant

Achill. Bocch. Symbol. 28.

Symbol. gratiarum Eucharistia.

Bern.

Et lux & tenebre: mors circum tempora oberrat
Calligo & noctem oculis præterdant opacam.
7 Sic illa: sed quæ illa? Miracula magna, summa prodigia, memoria mirabilium quoniam hoc sacramentum miraculorum maximum. Ad amissim in symbolum, tabula rasa, in qua nihil est deplctum, cum fasciculo penicillorum subtilium, universonam differentia colorum; epigraphæque: Cogita, elige, habe. Proprie: uti speculum ad quod quisque. Exponitur ad libitum & mirabilium & delectiarum mensa; in qua omnibus omnia. Cogita, elige, habe: lætaberis corde. Hic singularis ex carne & sanguine, vini & panis specie, verè cibus & potus; quæ præparavit in dulcedine sua pauperi Deus. Bernard. d. n. 15. cogitavit speciem panis, veritatem carnis, & virtutem gratiæ spiritualis. Ad primum sensus exterior: ad secundum fides interior: ad tertium charitas superior. De gratiæ virtute mediâ charitate, agemus Tom. seq. modò de prioribus, ut ante virtutem ostendatur maior virtus. In Hollandia (ibi necessaria signa) dissectâ nuper arbore, repertas

hic calicis, ibi sola, aliorumque ornamentorum sacerdotalium ferè omnium imaginem. In specubus quibusdam Provincia, loco deserto, figure conspiciuntur, in quibus omnia quæ cupias representantur: ait Gassarell. de Curiositatib. invidis. cap. 5. n. 3. & 4. Aptius speculum Herx; de quo Pausan. cap. 268. asserit, loco imaginis propriæ, Deorum imagines, atque thronum videre qui in illud intenderet aciem. Alia confecta fabula in allusionem. Cum Jupiter in sua maiestate videri nollet ab Hercule, avido huiusmodi gloriæ; ut Posset illi complacere, iussit agnum occidi, indutusque villosam pellem, sic fe ostendit Herculis in voluptatem; quasi tota gloria cæli palam fieret oculis humanis in specie agni. Kircher. Obelisk. Pamphil. lib. 4. Hierogrammatism, 3. Hin Ægyptij adorabant agnum igne armatum: ex Rabb. Iuda in Zoar. ait idem Hierogram. 2. & ex Rabb. Levi Masius in 5. Iosue Iam ergo agnus videtur in throno ostendens gloriam, & ignem mittit in terram. Stagnum esse in Sicilia (ait Aristotel. de Mirabilibus auscult.) ambitu suo quiddam nihil excedens, aqua splendenti: in quod si quis lavandi gratia ingrediatur, in latum extendi: quod si iterum, amplius dilatarsi. Idem Causin. lib. 1. Symbol. 52. Sic enim Petrus mittit se in mare, ut citius videret Salvatorem gloriosum in litore, quo aqua, piscis, panis, ut prevaleret visio miraculo fides. Sedul. 5. Carm. v. 405. accinit. Tunc epulis præceptor eos inquit edendit: Hinc etenim abluimur, hoc pascimur, inde sacramur.

8 Occurrit mirifica visio Moysis, eius stimulus prudentis curiositatis, ductæ in singularem gloriam; qua de cauta vocabat visionem magnam. An quia ibi forma nulli visibili similis, divinum simulacrum, luce clarissima? Ita cogit Philo, 1. de Vita Moysi. Videt, quod nulli visibile? Ergo aliena specie. Ideò dum videre pergit operuit faciem, ad ostendendam fidem: igitur si huiusmodi visio Eucharistice sacre symbolum; visibile invisibiliter sumitur aliena specie occultatum. Ille autem ignis (inquit Perer. hic, disput. 4. n. 14.) quedam habebat præter ordinem naturalem. Erat ibi ignis forma, quæ naturaliter nequibat subsistere absque materia: visioque dicitur magna, ordinem naturalem ignis præter-eunte formâ; in exemplum Eucharistice mirabilis sacramenti: quandoquidem mirabilium magnitudo, quod accidentia materiæ subsistat sine subiecto. Deus no-

Gassarel

Specul. Hera.

Alia ana logica symbola.

Aristot.

Sedula

Exod. 5. Philo.

Verf. 64

Perer.

Miraculum accidit.

Her.

Hebr. 12. 59.

D. v. 2.

V. 6.

LeoPap

Fulgent

Matth. 2. 2.

Munera stellæ Magorum, & naturæ.

ster ignis consumens est: & in symbolum sacramenti Eucharistice oculis exponitur ignis; ut conset origo admirationis Moysis: igitur univërfa prorsum mirabilia; quòd Deus ignis, specierum sacramenti non consumat accidentia. Visus à Moysè in rubiculo ignis, fuit ignis elementaris; iuxta Perer. ibid. huius sphaera supra est: hinc igne sicine viso, amplioris sacramenti altior ministratur cum admiratione lux: equidem summa admiratio; quòd ignis in cælo manens, in usum Moysis descendisset de cælo. Quod prodigium in igne, maius in sacro Eucharistice pane: etenim si ignis celestis descendens in terra mansit; hic est panis qui de cælo descendit. Denique, Moys apparuit Dominus in flamma ignis. Ibi erat, & non videbatur Dominus; sed duntaxat in qua erat ignis rutilans flamma; quin inisset illi ignis exhibit forma. Ego sum Deus. Si magna viso, antequam Moyses visionis arcana sciret; quid dum mysteria cognovit: Iurè igitur vocat magnam visionem, quæ includit tot mirabilium excellentem magnitudinem: siquidem excedit humanam cogitationem; quòd Deus de cælo descendens appareret terribis sub aliena forma; quin altimpre forme in illo inhaerent accidentia. Ibi Deus, & mirabilis modus; quoniam in igne apparuit oculis Moysis; & nihilominus tamen non erat subiectum ignis. Splendor sive lux, accidens sanè ignis est. In flamma Deus utique, eiusque splendore apparuit; verum illi flamma, aut splendor inhaeret: hocineque in articulo excitat mentem Moysis admiratio; quippe mirum in natura accidens sine subiecto.
9 Stellam Magorum vocat Leo Pap. Novam stellam, novum sidus. Ita ferm. 3. in Epiphani. cap. 2. & Fulgent. in ead. festivit. Hæc stella (inquit) nunquam ante apparuit; quia nunc eam puer ille creavit. Quem sequitur Damascen. lib. 2. de Fide orthodox. cap. 7. Hinc à Magis dicitur: Vidimus Stellam eius; quia licet eius, in cælo fulgentes, hæc erat entitate, munere & fulgore singularis. At unde singularitas & astro novo? An quia fulgebatur in mundo, amplius quam cætera in cælo? An quia illud reliquit, ut cæcos errantes duceret, & in illum thronum collocaret, quem propter illum in celestibus deseruit? Planè Magi ut pervenirent ad gloriam, habuerunt stellam: quæ Dei dicitur in dignitate muneris; igitur plene perfectum munere Deitatis. Nova enim dicitur stella, quia novam habebat lucem, præter Tom. VII. Taut.

communem stellarum ordinem. Stella illa fuit lux, quasi subsistens & per se separata, lucidum accidens: ita cogitantur nonnulli apud Suarium, Tom. 2. in 3. p. D. Thom. disp. 14. sect. 5. n. 1. Haud nominat AA. sed arbitror esse, quibus placuit, lucem primam, per se subsistentem, sine subiecto fuisse creatam; ut vidimus Tautolog. 3. D. 5. à n. 3. & iterabimus, Tautolog. 9. D. 4. n. 11. Ordo naturalis stellarum est ex materia & forma substantiali, cum accidente lucis, conaturali corpori illuminati. Sicine reliquæ stellæ: & quæ signat Christum in mundo esse; plauditur illustre sidus, singulari novitate; quoniam novum, cum in alio accidens sit; quòd subsisteret per se: atque in Christum latentem designando, demonstraretur fidelibus accidens sine subiecto. Lucis qualitas corpus naturaliter petit: Christus, quærentibus Magis, læcet. Quousque pateat, respectu cæterarum etiam nova stella signat; ut excitet quærentium fidem, & propter splendorem, & propter conditionis novitatem: etenim si accidens, estò prodigiosum, lux stellæ; novitatis est insigne, quòd subsisteret per se sine naturali corpore.

10 Quid magis novum (ait Gillebert. in Cantu. ferm. 7. n. 8.) quam quòd in mysterio Domini corporis, mutatur materies, & species servatur? Præstina manet forma; sed nova gratia; quia nova substantia. Nova quidem non in se, sed in huiusmodi specie. Novum planè, quod carnis Domini substantia in aliena specie. Utrumque admirabile prodigium: etenim si novum, quòd accidentia subsistat per miraculum; magis insigne, quòd Christi substantia lateat sub aliena specie. De discipulis euntibus cum Christo in Emmaus, dicitur; quòd in via incognitam, cum recubissent, agnovissent eum. Aperit sune oculi eorum, & cognoverunt eum; & ipse evanuit ex oculis eorum. Ergo pridem non cognoverant, licet haberent notitiam; indicatur ad cognitionem, quomodò habituri fidem: igitur à fidelibus non cognoscitur in via, mirabili specie propria. Induit peregrini speciem illo meditato itinere, in commendationem futuri post sacramenti; quia possent deduci in dubitationem, Christum habere præsentem: peregrinique formâ illis eius obicitur apparentia; ut constaret, quam habebat in Eucharistia: igitur ibi cum illis & verè erat; verum nullatenus erat, quòd representabat: ibi Christi gloriosiss.

Suaria

Quomò d'o hac in stella præstina tur Eucharistia

Gillebt.

Luc. 24. 32.

Ibid. 1. si præsentia essent ei.

vera existentia, sub accidentali formâ; at tamen illi non inerant accidentia. Quærabatur non videntium, præsentia fides, quam habebant, quin comprobaretur oculis; ut fides haberet locum in via, quousque aperitis oculis, videretur in patria: ipseque vadit cum illis in specie peregrina; ut & in specie videretur novum miraculum, & simul præsentia signaret mirabilem modum: igitur cum Christus sui intenderet illo in statu cognitionem; per speciem alienam tantum prodigij intulit novitatem: novum quippe, ibi propter speciem accidentium, quod præsentia non visa; & etiam quod per se in specie subsisterent accidentia.

11. Uterius. Non cognoverunt in via, & cognoverunt eum in fractione panis. Cognoscitur, dum evanescit ab oculis: Itaque videtur cognitione, cum non videtur. Iterat in Eucharistia celebratione, quod fecerat in itinere: etenim cum illis recumbens ipse præsentis in specie panis; sicut in via præsentis peregrini specie erat, & ibat cum illis. Pende. Quomodo cognoverunt eum in fractione panis. Non solum exponitur cognitio, sed quomodo, in Eucharistia mirabili sacramento: equidem cum hic præsentis & gloriosus sit, est species ad oculum panis est: statim cognoverunt, quod est ipse, qui apparuit pridem & sub peregrini specie. Arator, 2. in Act. Apostol. v. 933.

Advenit cum nocte iubar: discernere causas
Eventus post facta solet. Bene vidimus umbras,
Arator. V'suri iam Sole novo.

Iam carnis Christi substantia videtur specie alienâ; quod prodigio cumulantur mirabilia. Ad rem Bernard. d. n. 14. Foveatur sensus in uno (infit) edificator fides in altero. Quæmadmodum species illic videntur, quorum res vel substantia ibi esse non creduntur: sic res veraciter & substantia fieri creditur, cuius species non cernitur. Videtur enim species panis & vini; & substantia panis & vini non creditur. Creditur autem substantia corporis & sanguinis Christi; & tamen species non cernitur. Totum insigne, quippequam singulare miraculum in utroque.

12. Mirram fuisse Manna huius sacramenti mirabilis prædicant universi orthodoxi DD. Nova ergo luce illustrandum testimonium insigne. Viso singulari beneficio Manna, de cælo descendens, quod non cognoverunt, tantam gratiam

admirantes; dicit Sapiens: Angelorum esca nutritivisti populum tuum: Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat. Haud ostendebat, sed panis ille Angelicus ostendebat; quia sanè daturus panem, qui tuam manifestaret dulcedinem. At contextus verba libranda. Substantia tua in illo cælesti pane in alimenta populi! Quid hoc, etsi panis cælestis? Alitur sane populus substantia panis. Cur igitur in panis substantia, Deo dicitur substantia tua? Signatur in illo pane mirabilia (quasi in umbra) ut pro substantia panis: in pane videretur alia substantia; in illaque simul incomprehensibilis modo, contineretur tota divini dulcedo: in paneque non dicitur panis substantia, sed tuas: ut in illa dulcedine, quam ostendebat, non intelligeretur substantia præsentis panis, sed substantia mirifica corporis Salvatoris. Apud Lorin. hic, Oforius, pro substantia tua, legit: Hypostas. Idem Græc. apud Marian. Optatus enim in Gloss. Ordinar. intelligit substantiam de filio Dei. Haud fecus Fulgent. Obiect. 4. Contra arian. Maluendaque legit: Hypostas tua tuam in filios conspiciam faciebat dulcedinem. Intelligitur modo, quæ & cuius in pane illo substantia ostendebatur & dulcedo. Miraculum Eucharisticum (longè superaturum Manna de cælo miraculum) aliam nobiliorem substantiam ostensurum in pane: igitur cælesti, divinâ erit futura dulcedine, substantia corporis filij Dei ex hypostatica unione. Non Moyses dedit panem de cælo verum, sed dumtaxat nobile symbolum. Panis verus verè datur à Patre cælesti, ubi in specie panis substantia corporis Christi. Hinc dicitur: Substantia tua, dulcedinem tuam, quam in filios habes, &c. Panis ille dulcedinem designabat, quam substantia scilicet filij Dei filijs habebat. Catholici verè filij, Hebræi servi: quibus in pane de cælo, panem non dedit, quem fidelibus lege gratiæ suæ substantiæ dulcedine præparavit; qui panis verus, uti animæ & corporis verè cibis. In pane servis dato (quamvis de cælo) erat panis substantia: in pane filijs servato, erat maior excellentia, & superiora prodigia; quippe præparabat ad legem gratiæ substantia propria divinæ dulcedinis, sed sine substantia panis.

13. Ut pateat eminentia Eucharistia, conferatur in unum panis uterque. Manna lauditor panis cælestis, quasi præparatus Angelis. Unde Prudent. in Enchirid. Epigramm. 11. accinit:

Pani-

Sapient 16. v. 21

Græc. Gloff.

Maluenda.

Differentia Monas, & Eucharistici panis.

Panibus Angelicis absent censoria Patrum; Certa fides facti.

Prudent.

Quid factum? Quod, quippe magnum, perit fidei testimonium: igitur propter gratiam eminenter singularem, factum excedebat fidem. Panem ergo de cælo dedit Numen famelico populo, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem; quia deserviens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur, sine ullo metu fastidij, quippe ad libitum cuiusque, delectamine palati, & universo deliciarum sapore. Sapor diversus in cibis profectò est accidens. Eratnum in Manna? Lorinus hic subdit: Varius sapor pro varia cuiusque voluntate; non modo non inerat in Manna naturaliter, sed nec omninò inherebat. Suffragatur Advers. Zwingliam. Scarga, art. 8. Manna proprietates accidentales ciborum continuisse (ait) absque illorum proprijs substantijs. Sine proprijs substantijs accidentia & erant cibus? Ita panis? Ita fuit multo tempore cibus Catharinæ Senensis & aliorum, quos refert Maiolus, Tom. 1. Colloq. 20. Mira profectò cibaria, quod corpus substantiale alerent accidentia. Dicit Moyses: Dedi tibi cibum Manna, quod ignorabas tu & patres tui; ut ostenderet tibi, quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei. Si Manna usus ad cibum, ut ostenderet, homines posse pasci per quodlibet Numinis verbum; ergo non erat panis Manna, quo nutritus tanto tempore Israël. Quomodo igitur si non panis, etsi in cibum; erat panis Angelorum? Quia illius cibabantur suavi dulcedine, quasi in terra degentes viverent Angeli: etenim si accidentia continebat ciborum, sine conditione substantiarum; non pane alebantur pro alimentis, sed panis speciebus loco panis: tantum quippe nutrire panis quibant accidentia; dum nulla panis substantia: igitur perfectionis in signum dati & accepti alimenti; nutritio fiebat dumtaxat ex speciebus panis de cælo missi. Catharinane est Angelus: Illi sanè panis Eucharisticus cibus. Panis illi non panis, nisi cælestis, qui solus specie panis; cuius substantia caro & sanguis Salvatoris: paneque non pane Catharina in hoc mundo nutritur; ut illo, omnis saporis suavitate pascatur: si mulque sine cibo mirabilis sit dulcedo, panem propriè in eius nutritionem de cælo missò: quandoquidem specie panis erant panis accidentia; ceterum in nutritionem, non erat panis substantia, sed tantum ani-

Quomodo varijs saporibus in Manna?

Ubi supra.

Lorin.

Scarg.

Catharinæ Senensis iustus Eucharistici panis.

Deuter. 3. 10.

Quantum miraculum.

mæ cibus, eius panis qui latebat sub speciebus. Hoc Catharinæ Manna, dum esset in corpore, Angelicè nequaquam conditione, sed puritate: annula in conditione carnis, Angelicæ conditionis; & nutrita sine cibo pane de cælo, & singulari miraculo: equidem singulare, quod materiale, carneum nutrebat corpus; qui solum animæ cibus. Vigilanter vernacule, quippe æquivocè: Con las especies sacramentales milagrosamente se sustenta, sin que comiesse cosa de substancia.

14. Hinc perspicuor expositio in testimonium, ut rutiler claris in Catharina nutritionis miraculum. Cibavit Deus Manna populam: ut per illum singularem (quin panis esset) inauditum cibum, cognosceret esset posse, quidvis; signatum definitione verbi, si utri concessum Manna, procedit ex ore Dei. Astruit etiam quod dudum Sapiens: Ut scirent filij tui, quos dilexisti Domine; quoniam non natiuitatis fructus pascent homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conservat. Conservant dilectam Catharinam in vita non fructus, quos profert terra; sed sicut Manna, quod procedit de ore Dei. Est efficacia atque potentia huius verbi, substantia panis non est in Sacramento Eucharistia; sed tantum panis species; quippe fit transubstantiatio in corpus, & vini in sanguinem Salvatoris: ita Sapiens tendit in sensum altiorem, dum in umbra Manna (quin panis esset) divinum signavit panem; quo vita mirabilis conservaretur, eiusque pane sine panis substantia vesceretur: igitur Catharinæ ita Eucharisticus cibus, ut vita conservaretur speciebus dumtaxat sacramentalibus. Ergo Didascalice scopo. Omnem ciborum saporem atque dulcedinem Manna substantia ad libitum cuilibet ministrabat; sed horum accidentium varietas in illo non inherebat: ita ut qualitates accidentis essent omninò sine proprijs substantijs; ut prodigium non solum esset in accidentium saporum varietate, sed etiam in modo essendi. Naturaliter esse nequit, quod Manna in stuporem exhibuit, excedens naturam, per singularem subsistenti gratiam: quandoquidem accidentia saporum novo prodigio, subsistebant miraculo sine subsiecto. Plures in substantia Manna accessiones accidentales, respectu diversitatis saporis, & varietatis dulcedinis; sed illi non inherebat, ubi sensus informabant: etenim cum voluntati miraculose darentur; ad quod quisque volebat, convertebantur: tuncque

Non cibus fiatatur dicitur Deo.

Sap. d. v. 26.

An accidentia saporis essent in Manna?

præ-

præficio in cibum Manna, super miraculum panis maius miraculum fit; equidem sensus informabant accidentia illius substantiæ, & non inhærebant ibi. Iurè gustantes Manna, dicunt mutuo: Quid est hoc? Totum gratiæ nutrîci debetur Dei, non solum in mirabili cibo, sed in saporum accidentium modo; non in substantia panis, sed in voluntate comedentis: igitur novum, quod per se subsisterent, qui haberent quod inhærent. Denique: à nonnullis Philosophis dicitur ex se cunctam substantiam naturalem nequid habere discriminis; & solum distingui iuxta accidentium species. In pane delizioso & suavissimo Manna, meritò demiratur Israël, quippe ignorat in hoc, quod degulstat, quid sit hoc; cum in ipso non sit accidens varietate saporis, sed duntaxat in arbitrio voluntatis. Mutatur seu immutatur panis substantia, præter variantur accidentia: excitaturque admirationem, talem degustare panem & multiplicis saporis; haud inhærentis in ipsa substantia panis: quippe dignum admirationis omnimodè, etiam in elevatione subtilis intelligentiæ quòd in Manna substantia mutarentur accidentia, & mutatione accidentium non mutaretur substantia. Dominus, ut modulatur Aristot. d. I. v. 21.

Contulerat per signa fidem: miracula verum non poterant celare Deum.

15 Serutemur itaque Eucharistiæ sacra figura. Mirabilia Manna gustato pane, cognoscebant iusti, qui vocantur filij: Ut scirent filij tui, quos dilexisti: at erat maior scientia, quia panis iste figura (est mirabilis cibus) panis vitæ & intellectus; ut divina generosissimè gratia confirmaret mirabilia per facta mirabiliora. Unde S. radices Numini dicit: In conspectu eorum magnificatus es in nobis. Quid in nobis? Si in conspectu eorum; magnificatus est in illis: cur igitur dicitur in nobis magnificentia, dum illis concessa gratia? Quia in suavitatis panis, quæ vincique prodibat: dulcedinem, quam in filios servabat, ostendebat. Hinc infit: Innova signa, immuta mirabilia. HRaban. Transi in nova miracula. Quid utique innovandum, si quod patrarum, admirabile prodigium. In quod novum erit transitus; si varietate saporis & dulcedinis, ad quod quisque volebat convertebatur mirabilis cibus? In opposita miracula, rei & modi novitate signanter mirabiliora: de pane scilicet, quo plus est, miraculoso Manna; ad Eu-

charisticum panem, quo non plus. De figura Sacramenti in Sacramentum; ubi compendium miraculorum, modo novo & inaudito: equidem maius miraculum immutato miraculo; quoniam si miraculum Manna, panis substantia & non accidentia; in Eucharistico pane accidentia videntur, sed sine panis substantia. 16 Intellegitur hæcine panis novitate, atque modi mutatione, periodus Salvatoris insignis; cum de pane Eucharistico loqueretur Iudæis. Panis vivus & verus ego sum. Sicut Manna in cibum de celo descendit. Fideles in Sacramento manducabant panem hunc: at non sicut manducaverunt patres vestri Manna. In modo designatur differentia, ut videntur ex pane & in pane nova miracula. In pane Manna erat forma substantialis, & accidentales proprietates diversitate saporis; In Eucharistico pane, sunt panis accidentia, verum aliena divina substantia; quia ibi verè corpus meum: & cui sacramenti panis celestis cibus, haud vescebat, sicut patres vestri manducaverunt Manna; quoniam hic immutantur mirabilia, ut fiant maiora: igitur si ibi magnum, quòd accidentia panis non a substantiali pane, sed aliunde; in sacramento Eucharistico, maius profectò, quòd ex substantiali forma, substantia corporis mei, atque panis accidentia. Per accidentia quæ gustantur, species substantiarum cognoscuntur. Dum exponitur Eucharisticus panis; species cognoscitur per contrarias species: igitur in specie panis corporis Christi est substantia, & non panis substantia, sed accidentia, Aliquomodo prædictum, dum Manna primo gustatum. Cum vidissent filij Israël, dixerunt adinvicem: Quid est hoc? Si hoc vident, hoc quid erit? Erit hoc? Plus quàm hoc est: igitur si per visum definitur, multò plus quàm quod videtur. Aptior erit cogitatio, in Altaris incomprehensibili ultra cognitionem sacramento. Panis videtur, panis gustatur: quid est hoc? Hoc? Nullo modo: ita dicit, cuius divina institutio. Hoc non hoc. Hoc enim corpus meum. Hoc quod videtur plus est: hoc non hoc: igitur videntur veri panis accidentia; sed in specie panis verius corporis Christi substantia. 17 Vacue mensæ olim dicebantur, si solo pane ornarentur. Unde Sophocli. in Bleetra, v. 194. dicit: Vanis in isto mensis, Vacuis, sine dapibus: subdit Ioann. Baptist. Gabia. Paratur nobis mensa vacua, sed

sed plenissima: in qua nec panis, sed panis species, alimentorum copia in delicias, præter appetitæ voluntas; igitur dulcedine manducabit, quod cuique placuerit. Gustate & videte: invenietis enim ubi panis non est cibus; nihil minus ad cibum, quàm Christi corpus: quo quidem ut torrente voluptatis inebriabitur anima, eò quòd in sanguinem eius & transubstantiantur vina. Verum, quod Profanus finxit in portentum. Vidit, dum dona imponeret aris (Horrendum dictu) latices nigrescere sacros Fusaque in divinum se convertere vina cruorem.

Quod refert, semel factum: apud Valer. Maxim. I. cap. 6. Vinum in sanguinem nec semel, sed iterum & tertio conversum est. Præstat cum summa gratia Salvatoris institutio in Sacramento; quippe hoc portentum continuò: equidem si ibi vinum in specie sanguinis: hic sanguis Iesu-Christi, ac vini tantum species. Idem omnibus, & totus singulari. — Aureum ò tem pus! Non se libera tu ne vina suebant, Nec tardum seges occupabat annum. Una vesceitur omnis ordo mensa: Parvi, summa, plebs, eques, Senatus. Libertas reverentiam concepit.

18 Omnes itaque sedent cum coronis, amici istis albis, & palma in manibus eorum, triumphum in convivio proclamatum: imò omnes coruscantes splendore, ex immenso, fulgenti lumine cibi. De pectinibus marinis, à quibus splendor æquoris, ait lib. 9. cap. 33. Plin. Igne lucentes in tenebris: etiam in ore mandentium. Hi à Ravif. Textore vocantur Daçtyli, de quibus, lib. 7. cap. 41. infit: Remoto lumine, in tenebris alio fulgore claret. Luct in ore mandentium, in manibus, in veste etiam decidentibus guttis: ut etiam natura videatur esse in succo, quem habent in corpore. Videntur nunc homines factis in mensis, sicut pisces maris? Mysterium totum obijciatur devotioni, ubi Christus Dominus iam gloriosus discipulis apparuit in littore. Ut ergo descenderunt in terram; viderunt: prunas postas, & piscem superimpostum & panem. Venit Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter. Videmus simul piscem, ignem & panem. Exponit Sedulius, ubi sup. num. 7. — Quisnam ambiget unam

Hi rebus constare fidem: quippe ex aqua piscis, —

—

Ioan. 6. 19.

In Eucha- rystia cor- poris Christi si sub- stantia, atque pa- nis acci- dentia.

Ubi sup

Matth. 26. 26.

Sophoc- li.

Euchar- istia panna mensa.

Virgil. Aenid. v. 451.

Valer. Max.

Et omni- bus sin- guaribus.

Statius. I. Silv. 6 à v. 40.

Plin.

Pisces. Da- ctyli con- ditio.

Text.

Ioan. 21. à 9. Illumi- nantur, quæ Eu- charisticè vescebat

Sedul.

Christus adest panis, Sanctus quoque Spiritus ignis. Præmissilloque ignis splendore, piscis sociatur pani; quoniam ex esu Eucharistiæ (in cuius pane Christus, divinus Daçtylus) ita copia radiorum ut fulgeat etiam in ore mandentium: prævalente in succo mirabilis lumine; sicut Christus ad cibum habet in corpore. Crucius in Psalm. 34. accinit: Discite quo foveat iustos ardore: beatos Illos scieris esse, qui fidant in eo. Hanc ardetè pij, claro rutilabitis igne.

Cruc.

Didascalialia V. Mala nonnumquam causa patroni pessimi.

1 Semper magnatum temeritas vel in ipsis flagitijs querit plausum, & iuxta leges; saltem coloribus exitum; ne cognoscatur flagitium uti flagitium: igitur tota illorum sollicitudo comisso scelere; male agere, & bene audire: quovis illorum vulnerante vanam arrogantem gloriam; modò publicis turpibus actis, vox vel levis conciliaverit invidiam: honorem enim arbitrantur dignitatis, non esse sed iudicari innocentes. Quia ex patientia efficit horum arrogantia; multoties non est patientia: suntque meditatò peiora; ut vel maximis, leves sopiantur dolores, suavitatis acerbe consuetudinis: vel ut credatur à subditis quicquid factum (quia à Rectoribus factum) fati ad licitum; quantumvis fuerit ad lubitum.

Quid restat nisi cuncta novo confundere luctu? Hæc factus, ventis veluti si frenata remittat, Disposuit nefas, vitijque florentibus audax

Elicuit pressas tenebroso è carcere leges. Verum cum hæc à cæca lubricine; postico in lubrico pede, dant præcipites in ma- num, de qua non poterunt surgere: mini- meque illos penitent in iuriarum, sed tantum dolent, non invenire temeritatis exitum; quantumvis fingant, quantumvis commenta referant; quoniam ex actis in causa, constabit abusu potestatis insolentia (qua & iniustitia cognoscitur, & impetu violentia manifestatur) ut expellatur à dignitate propter pravum ac tyrannicum regimen; qui furebat in regimine per traditam dignitatem.

Quid

Cruc.

Potentia summa in- solentia, quia im- punita.

Claud. 6 in Rapsodia v. 17.

Abui in deaurati- onem criminis.